FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS
Zwettl, Ende 12. Jh.
Seite 210v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Narracio de igne qui datus est
Inquit quando neemias edificato
templo et altari obtulit sacrificium
satis manifesta est. meliusque placet si
lectoris memorie non desit causa ut intentio
quam diximus. scilicet hec omnia tendere
ad defendendum privilegium. ad testificandam dignitatem singularem sancte civitatis
et templi cui adsimilitudinem factum fuerat et fieri non debuerat templum in terra
egypti. Ignis namque quotidie datus est magnum et memorabile illi templo legitime sacratis testimonium est. Et quidem
narracio sicut iam diximus manifesta est
ueruntum ipsi simpliciores de ipso igne
altaris aliquid dicendum est.
Ignis inquit domini ad moysen in altari semper ardebit quem nutrent sacerdotes subiciens
mane ligna per singulos dies. Et in posito
holocausto desuper. adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus qui nunquam
deficiet in altari. Unde autem iste ignis tam diligenter nutrendus non alii sed sacerdotis cura et diligentia ne deficeret
custodiendus fuerat datus siue acceptus.
Ab ipso domino. mirum magno et euidenti
miraculo Uncto namque tabernaculo ritu quoque
sacerdotii atque sacrificiorum iuxta preceptum
domini ordinato. hodie inquit moysesi dominus
apparebit uobis. Item. facite. et apparebit uobis gloria eius. Sub inde sequitur. Ingressi
autem moyses et aaron tabernaculum testimonii. et de incepsi egressi benedixerunt populo.
Apparuit quoque gloria domini omni multitudini.
Et ecce ignis egressus a domino deuorauit
holocaustum et adipes qui erant super altari. Hoc cum uidissent turbe. laudauerunt dominum ruentes in facies suas. Dignus
igitur ignis quem sacerdos nutrere quique de altari nunquam deberet et dignus locus dignum templi sancti atque altare. quod tanti
priuilegio munus quale utique in illo emulo templo egypti nec fuit nec esse debuit.
Illud obseruari potuit ut nunquam deficeret
ignis in altari usque ad tempora babylonie
captiuitatis. quia in deliciis quantecumque
tempestates eatenus exsurrexerint non
tamen fuerunt ut necessario extinguerent.
nec enim ante nabuchodonosor regem babylonis ulla usque ad septuaginta memorat tale quippiam euenisse. ut ignis ille nutriri
ut custodiri non potuerit. Ut autem et templum destructum et ciuitas igne chaldaico exusta fuit. quomodo ut in quo sacerdos
curare posset ne deficeret ignis in altari.
fecerunt igitur quod potuerunt. fide et spe
habentes ad dominum. secundum litteram huius sensum
manifestum. Cum in fide ducerentur
patres nisi sacerdotes qui tunc dei cultores
erant acceptum ignem de altari occulte
abscondunt in uallem ubi erat puteus aliquo siccus et in eo conturati sunt eum. ita
ut omnibus ignotus esset locus. Quod illorum
fidei contemplacione pulcrum. Ignem morientem qui nutriri non poterat. quia nutriri
non habebat. illi resuscitandum commiserunt in quo est spes resurrectionis
mortuorum. Hec eos fefellit spes. Quomodo.
Cum preteriissent multi anni
et placuit deo ut mittere neemiam
a rege persidis. nepotes sacerdotum illorum qui abscondierant misit
ad requirendum ignem. et sicut
narrauerunt nobis non inuenerunt
ignem sed aquam crassam et cetera. Manifesta narracio manifestum diuine pursionis in dicium. multum quoque pertinens ad
causam sepe dictam et semper memoria
tenendam. quamque pulchre litera hec
recitatum dicendo sic. Et dic ignis qui datus